Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26416
Copyright: Admont, Benediktinerstift



76

auctor & princeps ministratur. nec illud probe excu-
sat quia facit concordia in sublimibus suis &c. quod
Damascenus. c. qui necnon probato & dimostro.
quod deus sit. quod videlicet constitutione mundane ma-
chine superiora suo motu & impetu destruat in-
feriora. & in ipsa elementari regione actiua sua
virtute vincent & corrumpent passiua. & maiora
quemque minora. si non esset aliquis actus omnipotens
separata a corporibus. quod ordinaret. et
eorum concordia gubernaret. quod ex sic supra dicebat
regna mundi sunt diuisa ad inuicem. sicut diuisitates
ymaginum prouincie & ciuitates & mores & legum. Ubi aut
diuisitas generum & regnorum. ubi non est limitata
& separata magnis motibus & flumbus. aut loca
in viis & deffectibus. ut omnes gentes ad alia non facilis
sit accessus. et ita & octasio adunitur & discordie
gentes contra gente & regni adunius regnum. sed de
nocte. et sit aliquis potestas maior & superior. quam hiat
auctoritate & virtute concordandi & concordia ordi-
nandi & gubernandi omnia regna & gentes diuisas
ad inuicem & adunatas. aut principatus diuina
sunt ordinata & gubernando statu regnorum mundi
erit in sufficiens & in completa quod aut est in concedens
dicere vel sentire contra. quod quibus sic dicit nec
quod in altitudine situat & similia respicit in celo & in terra &c.
et quod sic dicit in alio loco. Immanum eius sunt omnes
fines terre & altitudines montium ipse respicit. ex
cellentes potestates & dignitates regum & principum
terre &c. quod sequitur. quod item in alio loco dicit
quod deus dissipat consilia gentium. reprobat & cogita-
tiones populorum & consilia principum. &c. et ex hoc principe predicte
ordinatione sit denominate aliqua vna potestas